



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXX. De scurris & morionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

gulfino dictum sit: *Donare res suas histrionibus, virtus*. *Tract. 10.*  
*um est immane, non virtus. Et scitis, de talibus, quām ad 16. cap.*  
*si fama frequens, cum laude, quia laudatur peccator* *Ioannu.*  
*in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedici-* *Nimium*  
*larsi in hi-*  
*tur. Hinc Philippus Galliæ Rex, Vincentio a Bel-* *striones.*  
*luacensi, & b Olao teste fertur dixisse. *Histrionibus* a Specul.*  
*dare, est dæmonibus immolare. Satius ergo & hæ per-* *hist. lib. 29.*  
*cap. 41.*  
*dite expensæ, in pios usus, pauperumque inopiam* *b Lib. 15.*  
*subleuandam, quām in ganeones & scurras elocan-* *cap. 31.*  
*tur.*

## CAPUT XXX.

*De scurris & morionibus.*

**D**electantur plerique ditiores, scurrarum atque  
 morionum consuetudine & ineptiis, dum cō.  
 vivantur. Sic circulatores Indos, Alexand. Macedo *Aelian. lib.*  
 ad nuptiale conuiuum adhibuit. Sic Diocletianus *8. variae*  
 Imperator, Genesum quendam, arte mīnum infa- *hist.*  
 mem, Christianos turpissimis moribus irridentem *Volatera.*  
 aluit. Sic Sarmentus, Romanus Eques, scurrilitate *li. 16. An-*  
 notissimus erat, & complures Romanæ nobilitatis *throp.*  
 principes, vt & Apitius Galba sub Tiberio Cæsare.  
 De quibus Iuuenalis:

*Satyr. 5.*

*Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus, iniquas*  
*Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset.*

Sic Burram ganeonem percelebrē, natione His- *Lycosth. in*  
 panū, Sigismundus Imperator secum habuit, quē *Theat. vi-*  
 in conuiuio eum in modum onerauit argēto, vt sub *te hum.*  
 pondere iam fatisceret. Sic Otto Iucundus, Austriæ *vol. 2. li. 11.*  
 dux facetis hominibus summoperè delectatus legi- *Lazius in*  
 tur, inter quos summis in delitis habuerit, quendā *Genealog.*  
 Vigandum à Teben, Parochum in Calenberga, *Austriac,*  
 pago ad Danubium. Egregium scurram fuisse Mæ-  
 num quendam, memorat Horatius:

*Ff**Mænius**In 1. Epist.*

Menius ut rebus maternis atq; paternis  
 Fortiter absumptis, urbanus cœpit haberi,  
 Scurra vagus, qui non certum præsepe teneret.  
 Impransus ciuem qui non dignoceret hoste,  
 Quælibet in quemuis opprobria discere scuus.  
 Ingluuies & tempestas, barathrumq; macelli:  
 Quicquid quæfierat, ventri donabat auaro,  
 Exhaustusq; bonis, patinas cœnabat omasi  
 Pinguis, & agnini, tribus vrsis quod satis esset.  
 Scilicet ut ventres, lamna candente nepotum,  
 Diceret vrendos corruptus. Menius idem  
 Si quid erat naclus, prædæ melioris, vbi omne  
 Verterat in fumum & cinerem: Non hercule miror  
 Siebat, si qui comedunt bona, cum sit obeso,  
 Nil melius turdo, nil cœna pulchrius ampla.

Scurriæ  
 probi vi-  
 rū non ad-  
 mistendi.  
 Aeneas  
 Sylvius lib.  
 2. cōmen-  
 tar. de re-  
 bus gestis  
 Alfonsi.  
 Iouian.  
 Pontan. de  
 liberalita-  
 te.

Cui similes hodierno die plures vbiq; reperiuntur. Nō sunt verò honestis viris eiusmodi homines tolerandi, sèpè enim, & amaris alios verbis pungunt, occulta produnt, & nulla honestatis ratione habita, turpisima quæque effutunt. Quas ob causas Fridericus Cæsar potentissimus, interrogatus, an Moriones ad coniuicium intromittendi essent? Neque stultis, inquit, delectari possum, neq; superbis esse amic. Utinam & iam Principes viri hoc dictum cordi sibi esse permitterent, qui hac hominum fæce ita deletantur, vt plerunq; omnes aulæ, stultorum ac Morionum sint officinæ. Alfonsus item Aragonum res, alias ob causam, quanquam liberalissimus esset, stultos tamen ac Moriones, ne vix quidem admisit; qui tales sunt, cisternæ rimosæ perfimiles esse, dicens, quas ut nullus impleret imber; sic hos nulli, quamvis magni prouentus, rerumque compendia, exatiarent.

CA-